

# Laibacher Diözesanblatt.

Mr. 6.

Inhalt: I. Päpstliches Breve vom 14. Mai 1880, betreffend die Verlängerung der Facultät hinsichtlich der Alienirung und Belastung von Kirchengütern. — II. Decretum Urbis et Orbis, betreffend das Verbot der Aufnahme Abwesender in Bruderschaften. — III. Zur kirchlichen Begräbnissfrage. (Fortsetzung.) — IV. Ausstellung von Armuthszügen zur Erlangung von Gnadengaben. — V. Uebersiedlung der Laibacher Sparkasse in das neu erbaute Haus in der Beethoven- und Knaffel'schen Gasse. — VI. Nachsuchung. — VII. Sammlung. — VIII. Chronik der Diözese.

1880.

I.

## LEO PP. XIII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Quo expeditius in nonnullis negotiis ad Ecclesiae utilitatem in Austriaco Imperio Sanctae Sedis Apostolicae auctoritas, per Nostrum et ejusdem Sanctae Sedis Nuncium pro tempore penes Imperiale Aulam Vindobonensem, vel ejusdem Nuncii obeuntem vices, intercederet, necessarias ad praefiniti temporis spatium facultates Praedecessor Noster sa. me. Pius IX concedendas existimavit. Jam vero quum praefinitum postremae concessioni hujusmodi tempus effluxerit, a nonnullis praefati Imperii Sacrorum Antistibus supplicatum est Nobis, ut easdem facultates in aliud tempus proferre, vel denuo concedere velimus. Nos igitur hisce annuentes precibus, Apostolicae Sedis Nuncio, qui apud Aulam Imperiale Vindobonensem pro tempore existat, vel ei qui Nuncii ipsius vices gerat, nec non Archiepiscopis, Episcopis, ac Praesulibus nullius, ut vocant, Dioecesis, qui in universa, qua late patet, Austriaci Imperatoris ditione continentur, exceptis tamen bonis, si quae in Provinciis Italicis existant, itemque Episcopo Wratislaviensi pro parte Dioecesis, quae imperio Austriaco continetur, Decennio hinc proximo duraturam facimus potestatem concedendi facultates sequentibus articulis comprehensas. — I. Archiepiscopis nimis alienandi bona ecclesiastica usque ad summam Florenorum octo millium monetae Austriacae, Episcopis vero ac Praesulibus nullius Dioecesis usque ad summam Florenorum sex millium ejusdem monetae, sive stabilia ea bona sint, sive in publicis nominibus consistant, adjecta tamen conditione, ut pretium ex alienatione perceptum in aliorum bonorum stabilium seu censuum acquisitionem convertatur, iisque deficientibus, pretium ipsum alia ratione fructuose ac secure collocetur, exclusa qualibet negotiatione, ex Sacrorum Canonum sanctione, ecclesiasticis viris interdicta. — II. Archiepiscopis impertiendi facultatem imponendi bonis ecclesiasticis onera, quae non excedant summam Florenorum quindecim millium, Episcopis vero Antistitibus nullius Dioecesis eamdem impertiendi facultatem, dummodo onera non excedant summam Florenorum duodecim millium, rationem tamen ac terminum praefinendo, quo aes alienum a causa pia contractum dissolvatur. Quod si necessariae instauraciones ac melioramenta in aliquo fundo ecclesiastico occurant, neque aes alienum contrahi queat, et nonnisi per alicujus boni ecclesiastici venditionem necessitatibus provideri possit, hoc in casu concedendi facultatem venditionem perficiendi cum conditione, ut si ex pretio percepto pars aliqua supersit, eadem fructuose collocetur rationibus superius expositis. Porro quum ex jure canonico in capite — Terrulas — facultas detur fundos exigui valoris alienandi, cui quidem juris regulae nihil per has Litteras volumus innovari, licet in eodem capite onerum exiguum impositio minime comprehendatur, ex peculiaribus tamen rationibus animum Nostrum moventibus, et ex singulari concessione in exemplum minime adducenda, facultatem impertimur imponendi ecclesiasticis bonis onera, quae tamen summam Florenorum mille non exsuperent. Hujusmodi vero tam in praesenti, quam in superiori articulo descriptas facultates minime complecti volumus bona ad mensas Archiepiscoporum, Episcoporum atque Antistitum nullius Dioecesis pertinentia. Quapropter quum de bonis iisdem agendum erit in casibus superiorius descriptis suffraganei Episcopi propriis respective Archiepiscopis, Archiepiscopi autem et Episcopus Wratislaviensis Nobis et Sanctae Sedi immediate subjectus, nec non Praesules nullius Dioecesis preces deferent ad Nuncium Apostolicum, cui idcirco quemadmodum Archiepiscopis, potestatem facimus petitam impertiendi facultatem, si in Domino expedire judicaverint. — III. Firmis manentibus ordinariis facultatibus Episcoporum et causarum piarum pro ineundis

locationibus et conductionibus ad triennium, concedendi facultatem locationes et conductiones ipsas ineundi ad quindecim annos, servatis in reliquis Sacrorum Canonum praescriptionibus. Ad evitandos autem abusus nonnullos, et ad obsecundandum aliqua ratione cosuetudini, quae in Austriaco Imperio invaluit, ut bonorum ecclesiasticorum possessores a respectivis conductoribus redditus seu praestationes in antecessum accipient, facultatem impertiendi redditus ipsos seu praestationes percipiendi in antecessum, ita tamen, ut illae quod ad fundos urbanos non excedant summam, quae in semestri spatio a conductore debeatur; quod vero spectat ad bona rustica, dummodo summam non praetergrediantur, quae per anni spatium a conductore sit persolvenda. — IV. In casibus urgentis necessitatis atque utilitatis piae causae, in quibus ad alienationem vel onerum impositionem sine mora deveniendum sit, facultatem largiendi Archiepiscopis alienationem perficiendi, vel aes alienum contrahendi usque ad summam Florenorum sexdecim millium, eamdemque concedendi Episcopis et Antistitibus nullius Dioecesis, non ultra tamen duodecim millium Florenorum summam. In casibus vero modo expressis, quum agitur de bonis ad mensas spectantibus Archiepiscoporum, Episcoporum et Praesulum nullius Dioecesis suffraganei Episcopi preces deferent suis respective Archiepiscopis, Arhipiescopi autem et Episcopus Wratislaviensis Apostolicae Sedi immediate subjectus, et Praesules nullius Dioecesis postulata deferent ad Nuntium Apostolicum, quem in finem tum eidem Nuncio, tum Archiepiscopis potestatem facimus petitam facultatem concedendi, si in Domino judicaverint expedire. Hoc ipsum pariter fieri volumus in casibus, in quibus non urgeat necessitas, et quando agatur de alienationibus sive oneribus praescriptas superius summas excedentibus. Verumtamen in omnibus et singulis casibus integrum esse volumus facultatem postulationes ad Sanctam Sedem directe deferendi. Volumus praeterea ut in hujusmodi concessionibus canonicae praescriptiones accurate serventur, et praesertim Constitutio fel. rec. Pauli II. Praedecessoris Nostri, quae incipit — Cum in omnibus — edita die XI. Maji anno MCDLXV, ac proinde in omnibus et singulis facultatibus ab Apostolico Nuntio, sive per se immediate exercendis, sive sacris Antistitibus, ut supra statutum est, deferendis volumus et mandamus, ut pateat ac probata sit piae causae necessitas vel utilitas, quem in finem in singulis casibus tum personae, quarum intersit, tum honesti nominis et probati judicii viri antea consulantur. Mandamus denique, ut in omnibus et singulis actis venditionis sive alienationis, atque etiam locationis ad quindecim annos mentio expresse fiat facultatis ab Apostolica Sede concessae. Haec volumus et concedimus non obstantibus fel. rec. Pauli II, et aliorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, ceterisque Constitutionibus speciali licet mentione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XIV. Maji MDCCCLXXX. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

(L. S.)

**Th. Card<sup>is</sup> Mertel.**

Dieses Breve Seiner Heiligkeit, Papst Leo XIII., enthaltend die auf ein neues Dezennium verlängerten Fakultäten wegen Verpachtung, Belastung und Veräußerung kirchlicher Güter, wird unter Hinweisung auf § 18 der Anweisung zur Verwaltung des Kirchen-Stiftungs- und Pfändenvermögens den wohl erwürdigten Kirchenvermögens-Verwaltungen mit der Erinnerung mitgetheilt, daß Verpachtungen, Belastungen oder Veräußerungen kirchlichen Gutes nicht eigenmächtig vorzunehmen, sondern selbe unter genauer Dokumentirung und Detaillirung des Sachverhaltes hierauf befuß weiterer Durchführung anzufuchen seien.

## II.

# DECRETUM URBIS ET ORBIS.

Cum in nonnullis ex piis Sodalitiis hisce potissimum temporibus institutis inter Sodales adscribendi etiam absentes consuetudo inoleverit, quae reprobata iamdiu fuerat ab hac Sacra Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita praesertim in Americana novi Regni Hispanici die 28 Aprilis 1761, relatione de hoc facta Sanctissimo Domino nostro Leoni Papae XIII per me infrascriptum Secretarium dictae Sacrae Congregationis

in audiencia habita die 13 Aprilis 1878, Sanctissimus praevia sanatione omnium adscriptionum hactenus haud rite factarum, mandavit, ut in posterum serventur, atque ad observantiam revocentur resolutiones praefato anno 1761 editae, quas ad istiusmodi effectum una cum praesenti decreto evulgari iussit.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis die 13 Aprilis 1878.

AL. CARD. OREGLIA A. S. STEPHANO PRAEFECTUS.

*A. Panici Secretarius.*

## AMERICANA NOVI REGNI HISPANICI.

Fel. recor. Benedictus XIV per suas Literas Apostolicas in forma Brevis sub datum Romae apud S. Mariam Maiorem die vigesima quinta Maii 1754. cuius initium: *Non est equidem etc. confirmavit omnes et singulas Indulgentias, ac privilegia in perpetuum concessa Congregationi, seu Confraternitati B. M. V. Guadalupensi Patronae novi Regni Hispanici in America, nonnullasque alias per dictum Breve Indulgentias concessit cum facultate ut eas Confratres etiam absentes et ubicumque Locorum commorantes lucrari possint. Ampliavitque dictum Privilium Regibus, Principibusque, et eorum consanguineis usque ad secundum inclusive gradum adscribendi se Confratres, et acquirendi omnes et singulas Indulgentias praedictae Congregationis etiam absentes. Hinc exortum est dubium, an Fideles absentes possint admitti, et adscribi in Confratres?*

Ratio dubitandi ea potissimum videtur, quod impedimentum absentiae non tanti habitum est a Summo Pontifice, ut ex eo absentes Confratres, et Reges ac Principes ab acquisitione Indulgentiarum excluderet; adeoque absentes a numero Confratrum non forent reiiciendi. Attamen cum declaraverit Pontifex defectum absentiae non obesse Confratribus iam adscriptis et Regibus et Principibus, quibus specialis adscribi in Confratres facultas impertita est, nullo pacto videntur admittendi absentes, qui neque vi admissionis, aut gratiae dici possunt Confratres.

Additur in precibus, quod si absentes nequeant admitti in Confratres, dignentur EE. VV. describere, quod admitti valeant, et ad minus Incolae novi Regni praedicti, ad quod extenditur Patronatus praedictae B. Mariae Virginis, quemadmodum nonnullis similibus Confraternitatibus Europaeis clementer indultum est, et signanter Confraternitati Sanctissimae Conceptionis Liciensis. Dignabuntur itaque EE. VV. declarare.

1. An absentes admitti possint in Confratres?

Et quatenus Negative.

2. An supplicandum sit SSmo. pro eorum admissione, vel ad minus pro admissione Incolarum praedicti novi Regni Hispanici?

Sacra Congregatio die 28 Aprilis 1761 respondit.

Negative in omnibus.

N. CARD. ANTONELLUS PRAEF.

*J. De Comitibus Secret.*

### III.

#### Bur kirklichen Begräbnisfrage.

(Fortsetzung von Nr. 5, Seite 56.)

Non obstat textus in cap. excommunicamus §. Credentes, quia ejus dispositio procedit in fautoribus haereticorum, qui regulariter non reputantur haeretici, sed habentur tantummodo pro suspectis de haeresi ex allegatis per Farinac. qu. 182. n. 55. Et ideo requirit Summus Pontifex, quod fuerint prius isti tales excommunicatione notati.

Hinc videmus, quod qui moriuntur in duello, privantur ecclesiastica sepultura, quamvis non sint nominatim denuntiati, cum sufficiat eos notorie decidere in peccato mortali juxta cap. 19. sess. 25. de Rf. Conc. Trid. et ibi Barbosa lit. g., Murga de sepulch. tom. 2. disq. 11. n. 54. ut in puncto voluit Sancius in Relec. disp. 36. n. 6. ver. consulto igitur.

Ex quo infertur, quodsi poena privationis ecclesiasticae sepulturae diversa est a poena excommunicationis nec regulatur ab ea, non habet locum pxivilegium Extravagantis „ad evitanda.“

Sed dum haec transcriberem, devenerunt ad manus meas dono auctoris, Relectiones in quinque libros Decretalium b. m. Prosperi Fagnani. Is in Relec. cap. Quod a praedecessore, de schismat. n. 53. censem, Extravagantem „ad evitanda“ esse abrogatam per constitutionem editam in Conc. Lateranensi V. Sess. 11. „Statuimus insuper ad evitanda scandala“ in qua mandat, quod evitentur excommunicati, quos ita notorie in excommunicationis sententiam constiterit incidisse, ut nulla possit tergiversatione celari, aut aliquo juris suffragio excusari: nam a communione illius abstineri volumus juxta canonicas sanctiones.

Ad quam constitutionem dicit, doctores non advertisse.

Sed doctissimus vir non advertit ad ea, quae circa Constitutionem Conc. Lateranensis dixerunt Suarez et Gutierrez. Ille enim in trac. de censuris disp. 9. sec. 2. n. 5. respondendo ad Constitutionem Conc. Lateran. dicit haec verba: „Quod maxime dicendum est ad acta Conc. Lateran., quia non agebatur de lege ferenda, aut observanda circa hoc pro universa ecclesia, sed solum de concordatis inter Gallum et Pontificem, qui illa forma contenti fuerunt, non tamen ideo legem sanxerunt ab universa ecclesia observandam: tum maxime, quia ex usu totius ecclesiae ea forma constitutionis „ad evitanda“ jam est approbata et recepta, ut praedicti auctores omnes referunt et constat ex usu Galliae, Germaniae etc., ubi catholici sine scrupulo communicant cum haereticis publicis et schismaticis.“

Iste autem in ep. 1. canon. quaest. lib. 1. n. 19. §. hinc videmus verb. et quod diximus, sic ait: Et quod diximus de Constitutione Concil. Basiliensis, non esse usu receptam, idem dicendum prorsus erit de renovatione ejusdem facta in conc. Lateran. sup. cit. Nam auctores graves, qui parum post praedictum concilium Lateranense claruerunt, constitutionem Conc. Constantiensis secuti sunt et suis scriptis sequendam docuerunt et praeterea in specie de censuris praedicti concil. Lateranensis dubitat Cajetan. in Summa verb. excommunicatio, fuerintne receptae, quo novae essent suo tempore. In eadem dubitatione est etiam Rev. Barthol. de Caranza Archiepiscopus Toletanus in Summa ejusdem Conc. Lateran. et idem dici potest certius de hac constitutione, cum idem Cajetan, qui parum post praefatum Concil. scripsit, Victoria et Domin. a Soto, nulla facta mentione de hac. Lateran. constitutione.

Ecce quomodo duo insignes et celeberrimi auctores nostri non solum adverterunt ad Constit. Conc. Lateran. sed vel pro sola Gallia dixerunt esse latam, non autem pro ecclesia universalis, de quo etiam dubitavit idem doctissimus Fagnanus loc. cit. n. 65. §. concluditur verb. cogitandum; vel non fuisse nec etiam in Gallia usu receptam. Praeterea in constitutionibus Concilii praedicti Lateran. pro universa ecclesia non numeratur haec, ut videre est penes Caranzam et Binium in notis ad dictum concilium.

Servandam vero esse constitutionem „ad evitanda“ non autem editam in Conc. Basiliensi vel Lateranensi, dixit eruditissimus Nallier infra citandus, P. Delbene p. 1. dub. 51. in tit. Objectiones.

Sed redeundo ad votum dixi, dictam extravag. „ad evitanda“ non habere locum in haeretico notorio, quia haereticus qua haereticus vitari debet non autem qua excommunicatus, ut in terminis voluit Alter de censur. disp. 9. de susp. ep. 3. p. 147. lit. e. ver. haec tamen opinio.

Non obstat consuetudo, quae viget in aliquibus Germaniae locis, quia si illa innititur dictae constitutioni „ad evitanda“ irrita est tamquam innixa falso fundamento. Si autem est inducta moribus utentium, tamquam irrationabilis et nutritiva peccati non valet. ep. ult. de consuet. et ibi Glossa in verb. rationabilis, Rota decis. 265. n. 21. et 22. par. 5. recent. tom. 1.

Dicitur autem irrationabilis illa consuetudo, per quam aliquid fit contra nervum ecclesiasticae disciplinae, ut volunt Abbas et caeteri canoniste dic. ep. ult.; Rot. loc. cit. n. 23.

Sed quidquid sit de jure, omnem difficultatem tollit Constitutio Martini V. quae incipit „inter cunctas“, qua cavetur, quod etsi haeretici non sint nominatim excommunicati et denuntiati, nullatenus tamen eorum cadavera traduntur ecclesiasticae sepulturae, ibi: „etsi tales haeretici publici et manifesti, licet nondum per ecclesiam declarati, in hoc tamen gravi crimine decesserint, ecclesiastica careant sepultura“.

Quae constitutio cum fuerit promulgata eodem concilio Constantiensi approbante post editam constitutionem „ad evitanda“ non est dubium, quin derogaverit in hac parte expressa dictae Constitutioni „ad evitanda“ p. 1. ubi omnes canonistae de Constit. in VI., Turrecremata et Praeposit. in ep. Domino sancto 50. dist.

Et secundum hoc votum fuit in s. Congr. resolutum coram s. m. Urbano VIII.

Eo magis, quia cleris illius ecclesiae, in qua traditum fuit cadavere sepulturae Principessae haereticae se opponebat et recusabat illud in ecclesia sepeliri: et ideo quamvis respectu illius esset locus privil. extrav. „ad evitanda“ non intrabat in hoc casu, quia dictum privilegium fuit concessum in favorem catholicorum, non haereticorum Layman dict. lib. 1. tr. 5. ep. 4. n. 4. Barbosa de potest. Episcop. all. 25. n. 61.

Fuerunt ergo datae litterae ad Nuntium Coloniae, qui tunc temporis erat s. m. Alexander VII. infra-scripti tenoris :

Die 6. Novembris 1641.

In generali Congregatione S. Officii mature discusso articulo et dubio sepulturae datae cadaveri sororis uxoris Ducis Neoburgici haereticae calvinistae in ecclesia catholicorum civitatis Düsseldorpii, nec non consideratis litteris Nuntii Apostolici Coloniae degentis, auditis votis decreverunt:

1. Haereticos notorios, quantumvis non denuntiatos nominatim excommunicatos, non posse sepeliri in ecclesia catholica.

2. Sepelientes incurrere excommunicationem. An autem funus mandantes et suadentes incident in eandem excommunicationem, hinc inde adesse opiniones, secundum magis tutam et probabilem, incidere.

3. Locum in quo sepulturae traditum fuit dictum cadaver, esse pollutum non vero ecclesiam.

4. Curandam omnino extumulationem dicti cadaveris, saltem secrete, si non publice uti debet.

5. Significandum Duci et Patribus N. N., ut consulant eorum conscientiae. Insuper dictos N. N. monendos, ut in futurum caveant ab hujusmodi consultitionibus scandalosis.

6. Tenorem horum decretorum mittendum Nuntio Apostolico Coloniae residenti, qui pro sui prudentia curet illorum executionem.

Quod Decretum Sanctissimus D. N. Urbanus Papa VIII. approbavit et exequi mandavit.

Caeterum — haec est Albitii conclusio — si absque scando a catholicis resisti non possit, hujusmodi consuetudo est toleranda per conniventiam, ut fuit resolutum in Suprema et Universali Inquisitione sub die 23. Julii 1609.

Transscripsimus tam fuse doctrinam Albitii, quia ex omnibus, quos ante oculos nostrae sententiae habuimus adversarios, Nobis videtur hic victu difficillimus.

Ast videtur hoc tantum. Remittentes lectorem benevolum ad nostra sub D. hac de re dicta, nunc per transennam solummodo commemorare volumus, totius ratiotinii nominati Albitii summam esse: constitutionem Martini V. „insuper ad evitanda“ de qua alio loco sumus locuturi, ad praesens nullam habere vim et ad haereticos applicari non posse.

Albitio opponere volumus effata Benedicti XIV. et sumus persuasi, Albitium palinodiam canere debere.

In celeberrimo suo opere de Synodo dioecesana lib. VI. ep. V. n. H. ita docet Benedictus XIV.: Et nihilominus ea est misera nostrorum temporum conditio, ut multis in provinciis, in quibus haereses aut dominantur, aut grassantur impune, duram catholici subeant necessitatem cum haereticis conversandi et familiariter agendi. Quamvis autem per canonem concilii Constantiensis a Martino V. approbatum, qui incipit „ad evitanda“ *quique in suo semper vigore permanit*, non obstantibus contrariis subsequentibus Constitutionibus conciliorum Basiliensis et Lateranensis, nonnihil relaxata fuerit disciplina in eo, *quod pertinet ad conversandum atque etiam in divinis communicandum cum haereticis*, qui tolerantur et expresse denuntiati non sunt tamquam vitandi, ut fuse probat Cabassut in Theoria et Praxi juris canon. lib. 5. ep. 11. n. 3.

Idem Benedictus XIV. alio loco de Synodo dioecesana lib. XII. ep. V. n. IV. . . . In synodo Salmanticensi fuerat olim edita constitutio, cuius meminit loarruvias in IV. Decret. 2. par. ep. 9. n. 4. qua excommunicatione latae sententiae innodabantur contrahentes matrimonium, non praemissis publicationibus a Tridentino praescriptis; et praeterea decernebatur, hac excommunicatione irretitos statim esse evitandos, licet non essent publice ac nominatim denuntiati. At ejusmodi constitutio, quoad secundam sui partem sustineri minime potuit, quoniam evitandos pronuntiabat, qui, juxta canonicas sanctiones, evitandi nequaquam sunt: in celebri enim Extravaganti Martini V. incip. „ad evitanda“ edita in concilio Constantensi, evitandi decernuntur solum excommunicati, publice et nominatim denuntiati, ac publici et notorii clericorum percussores, ubi ponderant Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 46. n. 10. et Card. de Lugo cit. dub. 45. n. 5. Quamvis vero Fagnanus in ep. Quod a praedecessore n. 55. de schismat. probare conetur, evitandos etiam esse quoscunque, qui facti notorietate certo dignoscuntur in excommunicationem incidisse, juxta posteriorem sanctionem Concilii Lateranensis V. sess. 11. §. Statuimus autem, ejus tamen doctrina fere communiter rejecta est, *cum ubique moribus sit recepta laudata constitutio „ad evitanda“*, quod testatur Suarez de cens. disp. 9. sec. 25, Layman, Theolog. Moral. lib. 1. tr. 5. pr. 2. ep. 4. n. 1., Cabassut. in Theoria et Praxi jur. canon. lib. V. ep. 11. n. 3. Engel ad lib. 5. Decret. tit. 39. n. 56. Wiestner ibidem n. 63. Illud tamen, quoad hanc Martini V. constitutionem „ad evitanda“ mirum videri potest, quod, cum ab eo Pontifice in

Constantiensi Concilio edita fuisse dicatur, nulla tamen illius mentio vel minima occurrat sive in actis ejusdem concilii, quae ab Hermano von der Hardt collecta et sex voluminibus in folio edita fuerunt, in quibus minutissima quaeque habentur, quae singulis diebus in concilio gesta asseruntur, sive in tot aliis monumentis ad idem concilium pertinentibus, quae extant in Labbeana conciliorum collectione tom. 12. Edit. Parisien., sive in aliis nuperrime prolatis a Dominico Mansio in suo supplemento tom. 4. Quare tota illius constitutionis auctoritas desumitur ex testificatione s. Antonini, qui eam per extensum refert.

Si ergo extravag. Martini V. „ad evitanda“ adhucdum valet et ad haereticos applicari potest, et quod ita, testatur Benedictus XIV., tum subtracto fundamento tota labitur Albitii domus et etiam illud s. Cong. sup. et univ. Inquis. oraculum de dto. 6. Novembris 1641 suo destituitur fundamento atque valore.

Aspiciamus nunc alteram canonistarum classem.

C.

De iis, qui asseclas confessionis Augustanae vel Helveticae iisdem s. ritibus ut fideles, vel saltem in loco sacro licite sepelire jubent.

In praecedentibus adduximus eos, qui per sepulturam asseclae confessionis Augustanae vel Helveticae coemeterium pollutum habebant.

Sunt vero multi qui contrarium docentes eosque procedunt, ut asseclas confessionis Augustanae vel Helveticae sepultura ecclesiastica a. s. Ecclesia in sepeliendis fidelibus tantum praescripta donandos clament, vel immemores locum sacrum ad sepulturae ecclesiasticae pertinere notionem, eos saltem in hoc licite sepeliri jubeant.

Ad hanc canonistarum classem pertinent,

a. ii, qui asseclas confessionis Augustanae vel Helveticae uti fideles sepeliri docent suntque:

1. Petrus de Murga Disquisitiones Morales et Canonicae tom. 2. trac. de iis, qui sepultura in jure privantur, disquisitio de Excommun. dub. III. p. 172. Edit. Lugduni 1666: Dubium III.: An hodie in loco sacro et ritu ecclesiastico tumulari queant omnes excommunicati majori excommunicatione innodati ab Ecclesia tolerati?

Quibus suppositis facile est dubio proposito affirmare respondere: licere scilicet hodie in loco sacro cum solemnitate et ritibus, quibus ecclesia in fidelium sepelitione utitur, excommunicatos majore excommunicatione toleratos tumulare: eos utique omnes, qui publici et nominatim denuntiati non fuerint, aut percussores clerici aut monachi fuerint adeo notorii, ut percussio non possit aliqua tergiversatione celari. Ite sentiunt Pax Jordanus tom. 1. lib. 5. tit. 12. n. 125. Jacobus Gordonus tom 2. Theol. Moral. lib. 7. q. 8. cp. 3. n. 38. et. q. 11. cp. 2. n. 11, Moure in Examine Theol. Moral. par. 4. cp. 20. §. 3. Toletus lib. 1. cp. 13. n. 9, Franciscus Pellizzarius in Manual. Regul. tom. 2. par. 1. tr. 7. ep. 2. n. 24, Ugolinus de Censuris tabula 2. cp. 9. §. 5. et 6, Gregor Sayrus eod. trac. lib. 2, cp. 4. n. 13, Victoria in Summa de Eucharistia qu. 90. n. 3; Paul. Laymann lib. 3. tr. 5. par. 2. cp. 4. n. 9. §. dico secundo; Leander a Sanctissimo Sacramento par. 5. trac. 5. §. 4. qu. 34; Henriquez lib. 9. cp. 27. n. 5. lit. V.; Avila de censur. par. 5. disp. 7. dub. 1. conc. 2. ver. tertius est; Alterius de Interdicto dis. 3. ep. 1. col. 3. ver. quae conclusio; Philibert Marchino de Ordine tr. 3. de sacrificio Missae pr. 3. c. 10. n. 10; Villalobos tr. 8. de Missa diff. 24. n. 7.; Castrus Palaus pr. 2. tr. 11. dis. 1. p. 1.

2. Juris canonici Methodus nova Enrici Pirhing, Edit. Delingae 1676. tom. III. lib. III, tit. 28 de sepulturis p. 410. n. 2.: circa sepulturam excommunicatorum notandum: a. Haec prohibitio sepeliendi excommunicatos post concilium Constantiense in extravagante „ad evitanda“ solum habet locum in excommunicatis denuntiatis ac vitandis, ut ex communiori ac probabiliori sententia docet Suarez dis. 12. de Censuris sec. 4. n. 5., Navarrus lib. 3. cons. 5. n. 2. Ratio est, tum quia causa, cur excommunicatis denegatur sepultura ea est, ut quibus vivis non communicamus, etiam mortuis non communicemus c. Sacris, ergo a sensu contrario, quibus vivis communicare potuimus, etiam mortuis sepulturam communicare non prohibemur, cum sepultura nullibi excipiatur. Tum quia prohibitio sepeliendi proprie non cadit in ipsos excommunicatos, sed in alios fideles, ne corpora eorum sepeliant, quibus non aliter prohibita est communicatio per sepulturam, quam quaevis alia communicatio ut patet ex c. ut privilegia 24. de privil. et ep. Episcoporum 8. eodem in VI. ac proinde hac permissa, etiam illa censeri debet permissa.

3. Bibliotheca juris canonico-civilis practica tom. 1. Franc. Anton. Begnudelli Bassi, Verbum. censura §. 2. p. 196. Excommunicatus caret sepultura ecclesiastica c. Sacris de Sepul. Clem. 1. eodem Sylvester in verb. Excommunicatio 3. vers. 20, sive sit excommunicatus a jure sive ab homine, dummodo non sit occultus, sed declaratus seu publice denuntiatus et vitandus, alias sepultura ecclesiastica privari non poterit.

4. Commentaria ad Constit. Apost. Vicentius Petra S. R. E. Presbyt. Card. Edit. Venetis 1729. tom. 2. Const. II. Honorii III. „Religiosam vitam“ n. 48. p. 222: Quilibet excommunicatus privatur ecclesiastica sepulta tex. in ep. Sacris de Sepul. Clem. I. Advertendum nihilominus est, post dispositionem Conc. Constant. in extravag, „ad evitanda“ sub hac ecclesiasticae sepulturae prohibitione non comprehendendi, nisi excommunicatos nominatim denuntiatis, aut publicos clericorum percussores; quilibet enim alii excommunicati praeter praefatos nominatim denuntiatis aut clericorum percussores vigore praedictae extravag. hodie non dieuntur amplius publici, sed sunt tolerati et possumus cum illis in vivis communicare: ergo possumus etiam cum eisdem mortuis communicare, ut patet ex ep. Ex parte 2. de Sepul. et probatur a contrario sensu in d. c. Saeris eod. tit. Tum quia in dicta Clem. I. praedicta poena expresse imponitur publice excommunicatis; cum autem hodie nemo dicatur publicus excommunicatus, nisi denuntiatus aut publicus clerici percussor fuerit, hinc sequitur, dictam Clementinae poenam quoad istos tantum locum sibi vindicare, non quoad alios.

b. ii, qui asseclas confessionis Augustanae vel Helveticæ in coemeterio catholico liceo sepeliri jubent.

Inter hos, ut praetereamus alios multos, celeberrimi sunt duo aevi nostri viri, doctissimus Phillips et lapsus ut ita dicam angelus Schulte.

(Fortschreibung folgt.)

#### IV.

### Ausstellung von Armutshszeugnissen zur Erlangung von Gnadengaben.

Aus Anlaß eines vorgekommenen Falles, daß einer Staatsdieners-Waise der Vorbezug ihrer Gnadengabe auf Grundlage von, unwahre Daten enthaltenden Armutshs- und ärztlichen Zeugnissen Allerhöchsten Orts erwirkt wurde, erhalten in Folge Erlasses des hohen k. k. Ministeriums des Innern vom 6. Mai 1880, Nr. 6859 und Mittheilung der hiesigen k. k. Landesregierung vom 16. Juni d. J., Nr. 3656 die hochw. Pfarrämter hiemit den Auftrag, bei Ausstellung derartiger Zeugnisse nach vorausgegangener sorgfältiger Prüfung der maßgebenden Umstände mit der größten Strenge und Gewissenhaftigkeit vorzugehen.

#### V.

### Übersiedlung der Laibacher Sparkasse in das neu erbaute Haus in der Beethoven- und Knassel'schen Gasse.

Aus Anlaß der Übersiedlung der kainischen Sparkasse aus ihrem bisherigen, an das k. k. Finanz-Ministerium verkauften Hause in das neu erbaute Geschäftshaus in der Beethoven- und Knassel'schen Gasse in Laibach, muß sowohl die Sparkasse als das mit ihr in Verbindung stehende Pfandamt auf die Dauer von 14 Tagen für den Partheienverkehr geschlossen werden.

Im Interesse der beteiligten Landbevölkerung wolle über Ansuchen der Direktion der obgenannten Sparkasse am 8. und allenfalls noch am 15. August dieses Jahres von der Kanzel verkündet werden, daß aus Anlaß der gedachten Übersiedlung für die Partheien gesperrt verbleibt, und zwar:

- a) Das Verschäamt (zástavnica) vom 19. bis incl. 31. August, und
- b) die Sparkasse (hranilnica) vom 22. bis incl. 31. August 1880, so wie, daß alsdann die Geschäfte unbedingt wieder am 1. September aufgenommen werden.

#### VI.

### Nachsuchung.

Ein Sohn des Ladislaus Grafen Cavriani, k. k. Kämmerers und Obersieutenants im 12. Dragoner-Regimente wünscht in den Deutschen Ritterorden aufgenommen zu werden.

Nach den bestehenden Statuten muß jedoch das diesfällige Gesuch mit den betreffenden Dokumenten instruirt sein und ist dieses Gesuch in ehesten Zeit bei der Ordenskanzlei in Wien einzubringen.

Von diesen vorgeschriebenen Dokumenten fehlen jedoch müitterlicherseits:

- a) Der Taufchein des Nikolaus Maria Grafen von Auersperg, geboren 4. September 1753.
- b) Der Taufchein der Maria Theresia Freiin Mordaxt von Portendorf, geboren 22. Dezember 1752.
- c) Der Taufchein der Maria Viktoria von Coppini.

Ferner die Traungsscheine:

1. des Nikolaus Maria Grafen von Auersperg mit der Maria Theresia Freiin Mordaxt von Portendorf, vermählt 1778,
2. des Wolfgang Nikolaus Grafen von Auersperg mit der Maria Theresia Gräfin von Lichtenberg, vermählt 14. Mai 1748,
3. des Franz Adam Freiherrn Haller von Hallerstein mit der Maria Antonia Freiin Schweiger von Lerchenfeld,
4. des Franz Xaver Andreas von Coppini mit der Leonhardine Maria Theresia von Breckerfeld zu Impelhof,
5. des Josef Alexander Freiherrn Mordaxt von Portendorf mit der Maria Elisabeth Freiin Haller von Hallerstein.

Da alle vorerwähnten Taufen und Trauungen in Krain vorgefallen sind, so wollen die Herren Matrikenführer darüber Forschungen anstellen.

Im Auffindungsfalle eines oder des anderen dieser Akte ist der gehörig gestempelte Matrikenschein **bis 15. August d. J.** an das fürstbischöfliche Ordinariat einzusenden.

## VII.

### Sammlung.

Die Bewohner mehrerer Bezirke Krains sind in den Monaten Juni und Juli l. J. durch Brand und Hagelschlag außerordentlich schwer betroffen worden.

In vielen Gegenden sind die Feldfrüchte vernichtet und die Weingärten in einer Weise beschädigt worden, daß auf ein Erträgnis aus denselben für Jahre hinaus nicht gerechnet werden darf.

Zur theilweisen Linderung der unter der Bevölkerung der betroffenen Gegenden eingetretenen Nothlage wolle in den Kuratkirchen eine Almosensammlung vorgenommen und das Ergebnis derselben an das Ordinariat eingefendet werden.

## VIII.

### Chronik der Diözese.

Seine k. und k. Apostolische Majestät haben mit allerhöchster Entschließung vom 29. Juni d. J. den Direktor des fb. Clerikal-Seminars in Laibach und Professor an der theologischen Diözesanlehranstalt, Ehrendomherrn Dr. Andreas Čebašek und den Professor der Pastoraltheologie an dieser Lehranstalt, Andreas Zamejic zu Domherren landesfürstlicher Stiftung, dann den Religionslehrer am hiesigen Obergymnasium und Direktor des fb. Knabenseminars Dr. Johann Gogala, sowie den fb. Consistorial-Kanzler Martin Pogačar zu Ehrendomherren des Cathedral-Kapitels in Laibach allergnädigst zu ernennen geruht.

Die kanonische Investitur erhielten die Herren: Ludwig Škufer auf die Pfarrre Leskovica ob Lack, am 26. Juni; Anton Žgur auf die Pfarrre Prem am 30. Juni und Anton Trepal auf die Pfarrre Kopanje am 1. Juli d. J. — dann die P. T. Herren Dr. Andreas Čebašek und Andreas Zamejic auf die ihnen verliehenen Kanonikate am 25. Juli d. J.

Dem Herrn Franz Schweiger, Pfarrkooperator in Semič wurde die Pfarrre Radovica versiehen.

Gestorben sind die Herren Defizientenpriester: Thomas Jerančič in Moravče, am 2. Juli, und Georg Zabrezovnik in Škofja Loka am 16. Juli d. J. Dieselben werden dem Gebete des hochw. Diözesanklerus empfohlen.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 28. Juli 1880.